arrogandus alicui: qualiter det se ad arrogandum vide supra de adoptioibus. Tertius modus est si pupillus deponat. Quartus modus est si pupillus efficiat seruus: ut quia cum sit libertus alicuius reuocatur in seruitutem propter in gratitudinem. Quintus modus si ab hostibus pupillus capiat. Sextus modus si alicui pupillo datus sit tutor in testamento hac forma ut sit tutor usque ad certam conditionem puta usque dum nauis venerit ex asia: nam conditio existente desinit esse tutor. Septimus est si moriatur pupillus vel tutor. Octauus si tutor patiatur maximam vel minimam capitis diminutionem: quia cuiuscumque generis tutor sit desinit esse tutor. quid autem si patiatur tutor minimam capitis diminutionem: puta quia ad arrogandum se dederit an desinat esse tutor. Respondet. si legitimus erat tutor bene desinit esse tutor: sed si erat testamentarius vel datiuus tunc non desinit esse tutor. Nonus modus finit de tutela si pupillus patiatur quacumque capitis diminutionem: quous de minima habuimus supra in secundo modo. Decimus si alicui pupillo datus sit tutor in testamento hac forma ut esset tutor usque ad certum tempus puta usque ad pascha. Nam adueniente pascha desinit esse tutor. Undecimus si a tutela remoueat tanquam suspectus. ut §. de suspectis tutoribus et curatoribus per totum. Duodecimus si iusta ex causa se excusauerit a tutela quam iam inceperat administrare. ut §. de excusatione tuto. per totum. Extra ca. nota turpitudinem esse vitandam. Item nota quod masculus dicitur pubes in decimo quarto anno: et mulier viri potens in duodecimo anno.

De curatoribus rubrica.

Continuatio istius rubricae patet in hunc modum. Supra in titulo proximo precedenti tractauit iustinianus quibus modis finit tutela. Et quia pupilli adueniente pubertate a tutela liberantur: ita iam puberes facti in media

te incidunt in curam. Ideo post titulum precedentem intendit tractare de cura. unde de ea dicitur annectit rubricam de curatoribus. Masculi puberes. Ad euidenciam istius tituli diuidas titulum in quatuor partes et planus erit: in quarum prima parte determinat quoniam locum habet cura ratione minoris etatis: et quantum durat. In secunda parte determinat in quibus conueniunt et in quibus differunt curatores et tutores. In tertia parte determinat quibus dantur curatores ratione inordinati consilij: vel ratione morbi. In quarta parte determinat in quibus casibus dantur pupillis curatores. Prima pars protenditur usque ad §. Dantur autem. Ibi incipit secunda et protenditur usque ad illum §. Furiosi quoque. Ibi tertia incipit et protenditur usque ad illum §. Interdum. Ibi vero quarta incipit et protenditur usque in finem tituli. Pone igitur sic casum. Domine vos vultis tractare de curatoribus. dicatis ergo mihi in quibus dantur curatores: et usque ad quantum tempus. Ad hoc respondet imperator. Amice masculis puberibus et feminis viri potentibus a tempore pubertatis quo a tutela liberantur dantur curatores usque ad vicesimum quantum annum completum licet enim huiusmodi persone puberes sint adhuc nihilominus etatis talis sunt: ut sua negocia recte administrare non possunt. Et hec in prima parte. Sed pone in secunda. Domine iam video quibus dantur curatores. dicatis modo mihi a quibus dantur. Et respondet imperator: quod curatores ab eisdem magistratibus dantur a quibus tutores: et in hoc conueniunt tutores et curatores: sed certe in alijs differunt: quia licet tutores testamento dantur: curator autem testamento dari non potest. Si tamen de facto datus fuerit curator: confirmatur ex sententia pretoris in urbe: et ex praesidis sententia in provincia. Item inuirti adolescentes non compelluntur curatores accipere: licet secus sit in pupillis: et hoc verum est quod adulti inuirti non compelluntur cura-

tores accipere: licet secus sit in pupillis: et hoc est verum quod adulti inuiti non compelluntur curatores accipere preterquam ad litem tunc enim inuiti coguntur: licet tutor ad certam causam dari non potest. et hec dicuntur in secunda parte vsque ad illum. §. Furiosi quoque etc. Hic incipit tertia pars in qua sic pone casum. Domine iam video quibus dantur curatores ratione minoris etatis: et a quibus dantur: nunquid sunt aliqui alij quibus dantur curatores. Respondet quod sic. Nam quidam sunt quibus dantur curatores ratione inordinati consilij vel ratione morbi: licet sint maiores viginti quatuor annis. Furiosi enim et prodigi quibus legitime etatis sint tamen sunt in curatōe agnatorum ex lege. xij. ta. Deficientibus autem agnatis solent prefeci v. bis vel pretores in defectum agnatorum curatores dare: in provincia vero presides ex inquisitione. Et non solum istis personis curatores dantur: sed etiam mente captis et surdis et mutis et illis qui perpetuo morbo laborant: qui suis rebus administrandis superesse non possunt: curatores dandi sunt. Et hec in tertia parte vsque ad illum. §. Interdum. Hic incipit quarta et vltima pars in qua sic pone casum. Domine iam video qualiter dantur curatores quibusdam maioribus. xxv. an. nunquid aliquibus alijs dantur curatores. puta si legitimus tutor ydoneus non sit in subsidium eius curator datur: quia alius tutor dari non potest: habenti enim tutorem alius tutor non datur: et non solum in subsidium legitimi tutoris datur curator: sed etiam quandoque in defectum testamentarij vel datiu datur curator. si enim tutor testamentarius vel a pretere vel a preside datus non sit ydoneus ad administrationem: fraudulentertamen negotia pupilli administrat: solet ei in subsidium curator adiungi. Item in locum tutoris qui non in perpetuum sed ad tempus ab administratione tutelae aliqua rationabili causa excusantur solent curatores subrogari. Item si tutor aliqua aduersa vali-

tudine vel alia necessitate fuerit impeditus ut negotia pupilli sui administrare non possit: et ipse pupillus vel absit vel infans sit: poterit pretor in urbe vel preses in provincia quem velit autorem periculo ipsius tutoris decreto suo pupillo constituere. Et hec in quarta parte vsque in finem tituli

De satisfdatione tutorum vel curatorum

Continuatio istius rubricae patet in hunc modum. Dicitur est supra qualiter dantur tutores vel curatores et dati ipsis pupillis satisfdant rem pupilli saluam fore. Idcirco de hac satisfdatione hic tractare intendit. vnde de ea videtur subicit rubricam de satisfdatione tutorum vel curatorum. Ne tamen. Ad euidenciam istius littere diuidas titulum in quattuor partes et planus erit: in quarum prima parte ponit iustinianus regulam generalem de satisfdatione ista. In secunda parte ponit exceptionem ad regulam. In tertia parte excipit ab exceptōe. In quarta et vltima determinat qualiter subuenitur pupillis in defectum tutorum si facti sunt non soluendo vel si minus ydonee administrauerint. Prima pars protenditur vsque ad illum. §. Sed hoc non est. Secunda ibi incipit et durat vsque ad illum. §. Sed si ex testamento. Ibi tertia incipit et protenditur vsque ad. §. Sciendum est autem. Ibi quarta incipit et durat vsque in finem tituli. Donec igitur sic casum in prima parte. Domine iam video qualiter datur tutores vel curatores: nunquid ad libitum suum res pupillorum vel aduultorum sine metu periculi possunt administrare. Respondet imperator quod non. Non enim tutores vel curatores res pupillorum vel aduultorum vel ceterorum qui in curatione sunt aut in totum consumant aut in parte diminuunt curat pretor ut tam curatores quam tutores satisfdant rem pupilli saluam fore. Sed postea in secunda. Domine: nunquid est hoc generaliter verum quod omnes tutores et curatores indistincte ad predictae satisfdationis

interpositionem teneatur. Respondet q non. Nam certe hoc quod diximus tutores vel curatores debere satisfacere non est perpetuum. Nam tutores testamento dati huiusmodi satisfactionem prestare non coguntur. Et hoc tali ratione: quia fides et diligentia eorum a testatore qui eos in testamento dedit satis probata videtur. Idem dico in tutoribus cum inquisitione a iudice datis. nam certe illi similiter huiusmodi satisfactionem non onerantur: quia ydonei electi sunt. Et hec in secunda parte vsq ad illum. §. Sed si ex testamento. Hic incipit tertia pars in qua sic ponitur casus. Dixi tibi mihi q tutores testamentarij et cum inquisitione dati non satisfaciunt: nunquid est hoc generaliter verum. Respondet imperator q non. Nam si duo pluresve tutores in testamento dati fuerit: poterit vnus ex eis offerre satisfactionem de indēnitate pupilli cōtutori vel curatori suo: et si ipse admittit huiusmodi satisfactionem ei in administratione preferetur: sed cōtutor vel concurator non poterit per se a cōtutore vel concuratore suo huiusmodi satisfactionem exigere: sed offerre eam debet vt electionem det concuratori vel cōtutori suo accipere et administratione ei exponere vt ipse solus administrare possit: et si nullus eorum satisfactionem huiusmodi offerat: tunc si testator in testamento expressit quis in administratione preferi deat ille solus administrabit. si vero a testatore de hoc nihil dictum fuerit tunc quem maior pars eorum ydoneū elegerit ille solus administrabit: sed si ita fuerit q in electione ipsi tutores nec aliquatenus per se concordare poterūt pretor partes interponet et aliquem ydoneum ad administrationē eligere compellet: et idem iuris est in pluribus tutoribus vel curatoribus ex inquisitione datis: vt videlicet maior pars possit eligere aliquem ydoneum qui solus negocia pupilli administrat. et hec in tertia parte vsq ad. §. illum Sciendum autem est. Hic incipit quarta et vltima pars in qua

sic ponitur casus. Domine ias video in quibus casibus tutores satisfactionem reipupilli saluaz fore interponere debeant. Pone modo q non fuerit pupillis per tutores bene cautum qualiter in defectum tutorum vel fideiussorum ab eisde receptorum subueniatur ipis pupillis. Respondet imperator. Amice: in hoc casu optimū remedium beneficio legis ipis pupillis indulgetur. Scire enim debes q non solum tutores vel curatores ex administratione sua pupillis vel adultis vel furiosis vel ceteris qui in curatione sunt ex administratione sua tenentur. sed etiam in magistratus qui huiusmodi satisfactionem a tutoribus vel curatoribus accipiunt vt illis actio subsidiaria dabitur que quidem actio subsidiaria vltimum huiusmodi pupillis vel adultis possit prestare subsidium: et hec actio subsidiaria non solum aduersus illos competit qui omnino ydoneam cautionē a tutoribus vel curatoribus exponi passi sunt: nec solum aduersus magistratus datur: sed etiam tam ex prudentum responsis q ex constitutionibus principis in heredes eorum extenditur: nec in mento: in eisdem enim constitutionibus expresse cauetur vt tutores vel curatores ad predictam satisfactionem interponendam per pignorum captionem coherceantur. vnde cum ipsi magistratus sibi legis beneficio poterant ab huiusmodi periculo cauere: non est mirū si ipsi et eorum heredes p sua negligentia teneantur. Scire tamen debes q neq prefectus vrbis neq pretor neq preces prouincie neq aliquis alius qui ius dandi tutores habet: predicta actione subsidiaria pupillis vel adultis vel ceteris in curatione existentibus tenentur: sed solum hi qui huiusmodi satisfactiones accipere solēt. Et hec i quarta parte vsq i fine tituli.

De excusatione tutorum vel curatorum
 Continuatō istius rubricę patet
 in hunc modum. Supra determinauit iustianus d satisfactione

tutorum vel curatorum: sed quia quidam tutores vel curatores varijs modis a tutela vel cura se excusant et per consequens a satisfatione excusantur: propter hoc post tractatum de satisfatione tutorum vel curatorum intendit iustinianus tractare de varijs modis quibus excusantur tutores vel curatores. unde de his dicitur subicit rubricam de excusatione tutorum vel curatorum. Excusantur autem et cetera. Ad eundem titulum istius tituli diuidas titulum in sex partes: in quarum prima determinat iustitia. generaliter quibus modis tutor vel curator a tutela vel cura excusantur. In secunda parteremouet quandam dubitationem incidentem circa modum proponendi huiusmodi excusationes. In tertia parte determinat infra quod tempus huiusmodi excusationes debent proponi. In quarta parte determinat qualiter intelligatur datio tutoris per hoc remouendo quandam dubitationem incidentem circa modum excusandi. In quinta parte determinat specialiter qualiter quis excuset se ab onere cure. In sexta parte et vltima determinat quid iuris est si aliquis falsis allegationibus se excusauerit. Prima pars pertinet usque ad §. *Adiutores*. ibi incipit secunda et durat usque ad §. *Qui autem se excusare volunt*. ibi tertia incipit et durat usque ibi. *Datus autem tutor*. ibi quarta incipit et pertinet usque ad §. *Qui autem tutelam*. ibi quinta incipit et durat usque ad illud §. *Si quis autem*. ibi sexta et vltima incipit et pertinet usque in finem tituli. Adone igitur sic casus in prima parte: accessi ad iustitiam. et ita coram eo proposui. *Utrum vos vultis tractare de excusatione tu. vel cu.* dicatis ergo mihi si placet quibus modis excusantur tutores vel curatores ab onere administrationis. Ad hoc respondet imperator. amice: tutores vel curatores varijs modis a tutela vel cura poterunt excusari: quoniam enim per numerum liberorum suorum merentur excusationem: siue huiusmodi liberi in potestate sunt siue etiam emancipati. Si enim tres liberos alios habuerit rome superstiti

tes: vel in ytaliam quattuor: vel in puincia quinque: a tutela vel cura poterit excusari. et hoc ad modum aliorum munerum civilium. Nam et tutelam et curam placuit esse munus publicum. vnde sicuti a ceteris muneribus publicis que excusari poterit ita et ab istis. Nota ytaliam vltra puincias romane autem vltra ytaliam puilegiata. Nota quod tutela vel cura est munus publicum auctoritate. et hoc usque ad versum. Sed adoptiuus: in quo sic po. ca. *Domine iusti. vos dixistis per liberos quem posse a tutela vel cura excusari: dicam mihi per deo an illud locum habeat indistincte in omnibus liberis.* Respondet imperator. quod dixi tibi generaliter aliquem per liberos posse excusari: intelligere debes de naturalibus et legitimis. Nam adoptiuus liberi patri adoptiuo ad excusationem non sufficiunt vel non proficiunt. liberi enim naturales et legitimi extranee persone a patre naturali nihilominus ad excusationem proficiunt. et hoc usque ad versum. Item nepotes. in quo po. ca. *Vidimas quod per liberos que a tutela vel cura excusantur sed quia appellatio liberorum veniunt nepotes.* Querit a domino iusti. an istud se extendat ad nepotes. Respondet imperator. quod non solum liberi in primo gradu existentes proficiunt: sed etiam nepotes ex filio mortuo ratio suo ad excusationem proficiunt: quia in locum sui patris mortui succedunt: sed licet nepotes ex filio post mortem ipsius filii eiusdem patris nepotum auo proficiunt: nepotes tamen ex filia ei prodesse non poterunt. Nota quod nepotes quot sint in liberorum numero per vnum reputantur ad tutelam excusationem. Et hoc usque ad versum. *Filius autem in quo sic figurat ca.* Vidimus superius a principio tituli huiusmodi quod liberi et nepotes ex filio excusantur que a tutela vel cura. Sed quare dicit dominus iusti. an hoc verum sit de filiis mortuis. Respondet dominus imperator. quod dixi tibi filios proficere: intelligere debes quod filii superstites tamen ad tutelam vel cure oneris excusationem proficiunt. mortui enim non proficiunt. et hoc usque ad versum. *illud* Sed si in bello. in quo po. ca. *Ostensus est super quod liberi mortui non proficiunt ad excusationem tu. vel cur.* Nunc querit ab imperatore. quod si in

bello pro republica filij occisi fuerint an patri ad excusationem pdesse possint. Et respondet: certe constat eos pdesse qui in acie principis ceciderunt et in perpetuum qui enim pro republica ceciderunt in perpetuum per gloriam vivere intelligunt. Nota q filij qui in principis acie ceciderunt perinde ac si viverent imunitatem a tutela tribuunt. Nota q qui in principis seruitio pro republica moriuntur per gloriam vivere intelliguntur. Et hoc in prima parte vsq ad illu. §. Et diuus marcus: in qua prosequitur iulianus materiam prime partis. in illo. §. pone sic casum. Domine iam vidi qualiter quis excusatur ab onere tutelae vel cure: nunquid pluribus modis poterit competere excusatio. Respondet q sic. Nam diuus marcus rescripsit in senatus consulto ad administrantem res fiscales durante administratione posse se ab onere tutelae vel cure excusare. Nota q procurator fiscalis excusatur a tutela vel cura qd diu negotia imperatoris administrat: vsq ad versiculum Item et qui absentis. in q pone casus. Tunc causa reipublice absens datus est tutor vel curator. Quentur ab imperatore an possit se legitime excusare Respondet imperator q qui absentes causa reipublice datus sunt tutores vel curatores ab onere administrationis tutelae vel cure excusant. No. q reipublice causa absens excusatur: vsq ad versu. Sed et si qd in quo sic figurat casus. Vidimus qualiter absens datus tutor vel curator excusatur. Sz qd si aliquis datus tutor vel curator reipublice causa abesse incipiat: an similiter excusatur. Respondet dominus imperator q non solum illi qui in absentia datus erant possunt excusari: sed etiam si primo fuerant datus tutores vel curatores et postea ceperunt abesse causa reipublice a tutela vel cura excusantur: et interim curator loco eorum datur: quibus reuersis curator loco eorum subrogatus desinit curator esse et ipsius administrationis onus recipiunt: nec in casu isto post reuersionem anni habent vacationem

vt papinianus in libro. vj. responsum scripsit. hoc enim spacium indulget his qui post reuersionem ad nouas tutelae vel curas vocantur: non autem eis qui pristinae administrationis onus recipiunt. Nota q absens reipublice causa durante absentia excusatur ab inchoata tutela quae reuersus cogit reassumere. Et hoc vsq ad versiculum Et qui potestatem: in quo sic pone casum Cuius est superius de pluribus personis qualiter se possunt excusare a tutela vel cura. Nunc queritur a domino imperatore an sint alie persone que possint excusari. Respondet imperator q non solum pdicti a tutela vel cura excusant: sed etiam qui aliquam potestatem habent: vt prefectus vigilum vel annonae: quia tunc illi a susceptione tutelae vel cure durante officio suo se possunt excusare vt diuus marcus scripsit: sed tutelam inceptam occasione potestatis non possunt deserere. Nota q iurisdictionem habens a tutela suscipienda excusatur: licet susceptam non deserat. Nota q quedam impediunt contrahenda que non dirimunt iam contracta. Sed pone: nunquid si aliquis datus tutor vel curator: habeat litem cum pupillo vel cum adulto poterit occasione litis se excusare. Respondet q no nisi de omnibus bonis ipsius pupilli vel forte de hereditate aliqua ipsi pupillo delata controuersa fuerit: in hoc em casu excusatio habebit locum. Nota q ppter litem quam quis cum pupillo habet nisi fuerit de omnibus bonis se no excusat. Et hec dicunt vsq ad illu. §. Tria onera. in quo. §. adhuc prosequitur iusti. materiam suam et multiplicat modos quibus excusant tutores vel curatores. vnde pone sic casus. Dne nuqd sunt adhuc plures modi quibus tutores vel curatores ab onere administrationis poterunt excusari. Rndet q sic. na tria onera tu. vel cure no affectate qd diu admistrat tribuunt excusationem. ita tri in casu isto intelligenda sunt tria onera vt tutela vel cura plurum pupillo eiusdem hereditatis: vt puta fratrum vel nepotum p

una tutela computetur. Nam non numerus pupillorum sed separatio patrimoniorum facit plures tutelas: et non solum predictis modis locum habet excusatio. Nota quod onus quod quis subit sponte non videtur onus. et hoc usque ad versiculum. Sed et propter rationem. In quo casus sic figuratur. Ticius volens facere testamentum meum suum vicinum pauperem et adeo in rebus tenuem ut non habeat unde viuat nisi ex suis operis: in suo testamento filiis suis impuberibus tutorem aut puberibus curatorem instituit. Queritur a domino imperatore an iste Ticius propter suam paupertatem possit se excusare ab administratione huiusmodi tutelae. Respondet dominus Iustinianus quod quis excusatur a tutela vel cura propter paupertatem si sit adeo pauper ut non possit administrationi tutelae vel cure intendere: sed habeat necesse operari ut viuat. et hoc tam diu fratres quibus diuus Marcus rescripserunt. Et haec paupertatem debet probare is qui ad tutelam vel curam vocatur. Nota quod qui dicit probare debet. Item nota quod quilibet praesumitur diues nisi probet se pauperem. Nota quod paupertas excusationem tribuit a tutela vel cura. Sequitur versus. Item si propter. in quo usque ad versus. Similiter sic forma casus. Ticius in extremis suis iustitiae instituit meum in suo testamento tutorem aut curatorem suis filiis dedit: qui quidem meum adeo infirmitate detinebatur ut suis rebus seu propriis negociis interesse nequisset: iste Ticius voluit se excusare ab administratione huiusmodi tutelae: vel propter suam infirmitatem qua tenebatur: queritur a domino imperatore an ista excusatio eum reddat immunem ab onere tutelae vel cure. Respondet dominus imperator quod propter diuersam validitatem per quam quis propriis rebus administrationis superesse non possit: excusatio locum habebit. Nota quod propter aduersam validitatem quis a tutela excusatur. Sequitur versiculum. Similiter: in quo sic fi-

guratur ca. Vidimus superius qualiter propter penuriam rerum temporalium et sanitatis quis a tutela excusatur. sed quia est alia penuria que dicitur ignorantia: ideo querebatur a domino imperatore an imperitia litterarum quem possit a tutela vel cura excusare. Respondet dominus imperator quod etiam ratione imperitiae litterarum quis a tutela vel cura excusatur. Diuus enim pius rescripsit eum qui litteras nescit ab onere administrationis tutelae vel cure excusandus esse. Nota quod dictio quae in medio. scilicet posita potest poni aduersatiue: ite potest poni correctiue sine determinatione scilicet ut etiam imperiti litterarum possint esse tutores vel curatores si sint expertes negotiorum. et hoc vltimum verius est. Nota quod imperitia litterarum simplicitati connexa excusat quem a tutela vel cura. Item si pater in testamento aliquem tutorem propter inimicitias dederit puta sic dicendo. ticius tutorem pupillis meis do ut debitis supponatur et a pupillis admittitur: eodemo modo quod pater hoc expressit: iste ticius tutor datus se poterit ab onere administrationis excusare: sicuti per contrarium non excusantur illi qui promiserunt se patri pupillorum eorundem tutelam administrare. Nota quod creatus tutor ut a pupillo et creditibus pupillaribus veretur a tutela excusatur. Nota qui tutelam agnouit se excusare nequit. Sed pone quod datus fuit tutor quibusdam pupillis: et ipse hoc solum adduxit in excusationem quod erat ignotus patri pupillo: nunquid ratione talis excusationis ab onere administrationis liberatur. Respondet imperator quod non. Nam diui fratres rescripserunt non esse admittendam excusationem eius qui habet solum pro ratione quod patri pupillo ignotus fuerit. Nota quod ex quo quis dicat se non esse patri pupillo notum: a tutela minime sit immunis. Nota quod malicis hominum est obuiandum. Nota fidem esse seruandam. Nota frivolas excusationes esse reiciendam. Item si aliquis exercue-

rit capitales inimicitias cum patre pupil-
lorum nec postea reconciliatio interuenit
poterit se ab onere tuto. vel cura. excusare
ratio iuris est: et si aliq̄s status questioneꝝ
a patre pupilloꝝ passus fuerit: vel si ille q̄
stionem status moueat: nam in ytroq̄ ca-
su locum habet excusatio. et hec dicuntur
vsq̄ ad. §. Item maior septuaginta Adhuc
psequit iustinianus materia suam multi-
plicando modos excusatiōis: vnde pone
sic casum. Hinc iam vidi plures modos q̄
bus tutores v̄l curatores excusant: nūq̄d
adhuc poterūt pluribus modis excusari.
Respondet q̄ sic. q̄nq̄ em̄ excusant ratōe
etatis: si maior septuaginta annis tutor
vel curator datus fuerit: ratione etatis ex-
cusare se poterit: et non solū ratōe senectu-
tis: sed etiam ratōe minoris etatis s̄m iu-
ra antiqua excusatio locū habebit. mino-
res em̄. xxx. annis olim ab onere admini-
stratiōis tutele vel cure excusabant. hodie
vero per constitutiōem nostrā ad tutele v̄l
cure administratiōem aspirare phibetur.
intantū videlicet vt decetero excusatione
opus non sit. Nam et si vellent nullo mo-
do admitterent. in p̄stitutiōe em̄ nostra ex-
p̄esse canetur vt nullus pupillus ad tute-
lam legitimā vocetur nec adultus. Inci-
tile em̄ nobis videt eos qui in rebus suis
administratiōis alieno auxilio egerenoscū-
tur et sub alijs regunt: alioꝝ tutelā et curā
subire: et idem in milite in expeditiōe mili-
tari existente seruandū erit vt ip̄e etiā vo-
lens ad tutele vel cure administratiōem
nō admittatur. Nota q̄ qui inhabilis est
circa regimen p̄p̄iū: circa alienū inhabi-
lis reputatur. Nota q̄ miles ad tutelam
aspirare nō potest. Item grāmatici rome
docentes grāmaticā: et rethores et medici
et qui h̄mōi officiū in patrijs suis exercēt
si intra numerū statutū sunt: ab onere tu-
tele vel cure excusantur. et hec dicuntur in
prima parte vsq̄ ad illum. §. Qui autem
vult se excusare et c. Hic autem incipit secū-
da pars principalis in qua sic pone casus
Domine quidam datus fuit tutor vel cu-

rator qui multas et varias habuit excusa-
tiones et quasdam ex illis p̄posuit: et alias
proponere p̄termisit. postea excusatio-
nes p̄positas in processu iudicij proba-
re non potuit: nunquid alias excusatiōes
quas ab initio non p̄posuit adhuc pro-
ponere poterit. Respondet q̄ sic. Qui em̄
se excusare vult si plures habeat exceptiō-
nes et quasdam ex his in exordio litis pro-
positas non probauerit alias exceptiōes
sibi competentes licet ab initio omissas
attamē intra statutum tempus p̄ponere
et p̄bare non phibetur. Et hec in secūda
parte vsq̄ ad illum. §. Qui autem se excu-
sare volūt et c. Hic incipit tertia pars prin-
cipalis in qua sic pone casus. Domine da-
tus fui tutor cuidam pupillo et ego habe-
bam tres liberos in v̄be vel quattuor in
prouincia: vel quasdam alias excusatiōes
mibi competentes: vnde a datione tutele
volebam appellare: iudex nō admisit ap-
pellationem meam: dicatis mihi quid iu-
ris est in casu isto. Ad hoc respondet iusti-
nianus. Amice: iudex contra te iuste pro-
cessit. qui enī ab onere administratiōis
tutele vel cure se voluerint excusare ab ip̄-
sa datione non debent appellare: imo in-
fra quinquaginta dies continuos conu-
merādos ex quo nouerint se d. tos esse tu-
tores excusationes sibi competētes debēt
coram iudice proponere cuiuscunq̄ gene-
ris sint. hoc est siue a testatore: siue a lege:
siue a iudice dati extiterint: et hec sunt ve-
ra si infra centesimū miliare a loco in quo
dati fuerint habitent. Alio em̄ modo faci-
enda est cōputatio si v̄ltra centesimū mili-
are ab eo loco in quo dati fuerant habitēt
tunc em̄ pro singulis viginti miliaribus
donec venerint ad locum in quo dati fue-
runt computabitur eis vnus dies: et cum
venerint ad eundem locum numero resul-
tanti ex computatione dierum ex benefi-
cio legis adiicietur spacium triginta dieꝝ
infra quod se poterunt excusare. sed ta-
men vt sceuola dicebat in hoc casu si mi-
nor numerus ex computatione dierum

et adiectione triginta dierum resultet quod spacium quinquaginta dierum de equitate ita erit facienda computatio. ut illi qui habitant ultra centesimum miliare ad suas excusationes proponendas nunquam minus habeant quam quinquaginta dies. et hec in tertia parte dicuntur usque ad illum. §. Datus autem tutor. Hic incipit quarta pars in qua sic ponitur casum. Dicitur: quidam in testamento suo habenti duo patrimonium in provinciis tutorem dedit sic dicens. Tunc tutorem do pupillo meo: modo quero a vobis utrum teneam ex illa datione administrare res existentes in alia provincia in qua non habeo domiciliu. videtur enim mihi quod ipso iure non debeam teneri de administratione existentium in illa provincia: ita quod non sit mihi opus aliqua excusatione uti. Ad hoc respondet iustinianus. Amice: tutor in testamento datus: ad unum versus patrimonium pupilli datus intelligitur. unde dico quod ipso iure non est liberatus ab onere administrationis alterius provincie: sed si vis non teneri necesse habes eam noie te excusare. Et hec dicuntur in quarta parte usque ad illum. §. Qui tutelam. Hic incipit quinta pars in qua sic ponitur casus. Dicitur datus fui tutor cuidam pupillo: et administravi tutelam eius: et iam pubertate adveniente finita est tutela. modo idem adultus quondam pupillus meus me petit in curatore sibi dari: et iudex me inuitu cogere vult suscipere onus administrationis: ego quero a vobis quid iuris est in hoc casu. Respondet imperator. Amice: iudex te ad hoc cogere non potest: qui enim tutelam alicuius gessit inuitus curator eiusdem fieri non compellitur: et hoc intantum est verum licet testator qui in testamento suo tutorem dederit illum eundem curatorem se dare adiecerit: tamen in hoc casu diuus severus et antoninus rescripserunt illum inuitu nullo modo cogendum esse administrationem cure suscipere. Item si maritus fuerit datus curator uxori sue idem principes rescripserunt eum posse ab onere cure se excusare: licet administrationi rerum uxoris sue se immiscuerit. et hec

in quinta parte usque ad illum. §. Si quis autem. Hic incipit sexta et ultima pars in qua sic ponitur casum. Domine quidam datus fuit mihi tutor: iste tutor ad excusationem suam dicebat se habere tres liberos in urbe cum non haberet nisi unum vel duos forte: et iudex admisit eius excusationem et ita falsis allegationibus se excusavit. dicam mihi quid iuris est in casu isto. Respondet imperator. Amice: qui falsis allegationibus ab onere tutelae se excusat non est liberatus ab onere administrationis. imo ex tempore dationis tenetur: et ideo dico tibi quod tutor tuus non obstante excusatione sua quam per falsas allegationes obtinuit periculo administrationis tibi tenet. et hec in sexta parte.

De suspectis tutoribus ac curatoribus

Continuatio istius rubricae patet in hunc modum. Supra determinavit iustinianus qualiter tutores vel curatores ab onere administrationis excusantur: et quia quidam sunt tutores vel curatores qui si vellent ab administratione remouentur: idcirco de huiusmodi tutoribus vel curatoribus hic intendit tractare. Unde de his dicitur subicit rubricam de suspectis tutoribus vel curatoribus dicens. Sciendum est etc. Ad evidentiam istius tituli diuidas titulum in sex partes principales et planus erit. in quarum prima parte determinat iustinianus unde descendit crimen suspicionis. In secunda parte determinat quis potest cognoscere de crimine suspicionis. In tertia parte determinat qui possunt accusare de eo crimine. In quarta parte determinat qui possunt suspectos tutores accusare. In quinta parte determinat quis est suspectus. In sexta et ultima determinat quis sit effectus criminis suspicionis. Prima pars protenditur usque ad illum. §. Datum est autem ius. Ibi incipit secunda et durat usque ad illum. §. Ostendimus. Ibi incipit tertia et durat

vsq; ad illum. §. Consequens est. Ibi inci-
 pit quarta et durat vsq; ad illū. §. Suspe-
 ctus. Ibi incipit quinta et durat vsq; ad
 illum. §. Suspectus autem. Ibi sexta
 et vltima incipit et durat vsq; in finē titu-
 li. Pone igit sic casum in p̄ma parte. Do-
 mine iam video q; vultis tractare de suspe-
 ctis tutoribus: dicatis mihi si sedeat anio
 vnde descendit crimē suspicionis. Respō-
 det imperator q; ex lege duodecim tabula-
 rum descendit. Et hec in p̄ma parte vsq; ad
 illum. §. Datum est autē. Sed pone in se-
 cunda. Dñe iam video vnde descendit cri-
 men suspitōis: dicatis modo mihi q; pos-
 sunt de h̄ crimine cognoscere et suspectos
 tutores ab administratiōe remouere. Re-
 spondet iustinianus: remouēdi suspectos
 tutores ab admīstratiōe datus ē ius rome
 pretori. In puincijs autē p̄sidibus puin-
 ciarū et etiā delegato a p̄cōsule. Et hec in
 secūda parte vsq; ad illū. §. Ostendimus
 qui possunt. Hic incipit tertia pars in q; sic
 pone casum. Dñe iam video vñ descendit
 crimē suspitōis: et qui possunt de illo cri-
 mine cognoscere: dicat modo mihi si pla-
 cet q; possunt accusari de suspitione. Et re-
 spondet imperator q; de suspecto possunt
 accusari siue sint testamētarij siue alterius
 generis tutores: vñ et si legitim⁹ sit adhuc
 idē dicendū erit videlicet vt accusari pos-
 sit. Sed pone q; sit legitim⁹ tutor vt patro-
 nis liberti sui: nunq; poterit de suspecto
 accusari. Rñ det: certe sic Verūtñ fame pa-
 troni parceret vt nihilominus integra ma-
 neat: q;uis vt suspectus remotus fuerit.
 Et hec in tertia parte vsq; ad illū. §. Con-
 sequens est. Hic incipit quarta pars in qua
 sic pone casum. Dicit iustinianus p̄tinuā
 do materiā suā ex quo vidimus q; possūt
 accusari sup crimine suspitōis cōsequens
 est vt videamus qui possunt accusare su-
 spectos. Et sciendū est hāc accusatiōem de
 suspecto quasi publicā esse hoc est oībus
 patere: non eīm solū masculi ad hanc accu-
 satiōem p̄cedere possunt: sed etiam mulie-
 res ex rescripto diui seueri et antonini ad-

mittuntur: sed licet mulieres admittātur
 non tamen omnes: sed ille sole que pieta-
 tis necessitudine ducte ad hoc p̄cedunt.
 vt puta mater ip̄ius pupilli vel nutrix vel
 etiam auia vel soror: et non solūmodo iste
 mulieres admittunt: sed etiam si qua alia
 fuerit cuius magnam pietatem p̄tor: in-
 tellexerit que quidem mulier verecundiā
 serui muliebri competētē non egrediat:
 sed pietate quasi mota iniuriā pupilli su-
 stinere non possit ad istam accusationem
 eam admittit: sed hodie nūquid poterūt
 impuberes qui in tutela sūt suos tutores
 de suspecto accusare. Et respondet q; non
 licet impuberes tutores suos accusare nō
 possunt: puberes tamen in cura existētes
 curatores suos de consilio necessarioz
 super crimine suspitōis arguere possunt:
 et ita diuus seuerus et antoninus rescripse-
 runt. Et hec in quarta parte vsq; ad illum
 .§. Suspectus est autem qui. Hic incipit
 quinta pars in qua sic pone casus. Domi-
 ne iam video qui possunt accusare de su-
 specto: dicatis mihi si placet quis intelli-
 gitur esse suspectus. Ad hoc respondet im-
 perator q; ille suspectus est qui nō ex fide
 tutelā pupilli sui gerit: licet soluendo sit:
 et ita iulianus scripsit. plus enim dicit: vi-
 delicet q; tutor anteq; incipiat tutelā ad-
 ministrare poterit quasi suspectus remo-
 ueri. Et hoc iulianum constitutum est
 Et hec in quinta parte vsq; ad illū. §. Su-
 spectus est autem remotus siquidez. Hic
 incipit sexta pars et vltima in qua sic pō-
 casum. Domine iam video quis est suspe-
 ctus. Sed pro deo dicatis mihi quis est
 effectus istius criminis. Ad hoc respōdet
 imperator. Amice si quis remotus fuerit
 ab administratione sua propter crimē su-
 spitionis siquidem ob dolum infamis ef-
 ficatur: si vero ob culpam leuem vel leuis-
 simam fuerit remotus non efficitur infam-
 is: et non solum istum effectum habet
 crimen suspitionis sed etiam alium. Nam
 si aliquis fuerit de crimine suspitionis
 accusatus: quousq; cognitio finita fu-

erit interdicitur ei administratio. et ita pa-
piniano visum est. Sed si aliq̄s h̄mōi cri-
mine accusatus fuerit et pendente cogniti-
one decesserit accusatus cognitio suspecti
extinguit. Item si aliquis tutor: copiā sui
nō fecerit vt alimenta pupillo suo decer-
nantur: pupillus in possessionem bono-
rum ipsius tutoris causa rei seruande mit-
tatur et que p̄ morā deteriora facta sunt da-
to tutori vendi iubent. Liqueat igit̄ q̄ tu-
tor: q̄ alimēta pupillo nō p̄stat vt suspectus
remoueri poterit. Si autem tutor: p̄ns fue-
rit: p̄ mendaciū t̄i alimēta pupillo discer-
ni non posse ob inopiaz pupilli dicat ad
p̄fectū v̄bis mittat̄ puniendus vt iuriscō-
sul. placuit. sicut ille remittit ad p̄fectum
v̄bis puniendus q̄ per pecuniā ministe-
rium tutelae redemerit. Item libertus si frau-
dulenter gessisse tutelam vel curam filioꝝ
vel nepotum patroni probatus fuerit ad
p̄fectum v̄bis similiter remittetur puni-
endus: et in hoc casu vt ingratus accusari
poterit Nouissime autem sciendum est tu-
tores vel curatores fraudulenter admini-
strantes res pupillares oīmodo esse remo-
uendos. licet eī satisfationem offerat de
indēnitate pupilli: tamen quia satisfactō
maliuolum tutoris propositum non mu-
tat: sed diutius malignandi facultatē pre-
stat remouendi sunt. Item suspectū eum
merito putamus qui moribus talis est vt
suspectus haberi debeat: licet enim tutor
vel curator paup̄ sit: fidelis tamen et dili-
gens sit in administratione non est vt su-
spectus remouendus. Et hec in sexta par-
te vsq̄ in finem tituli.

Explicit liber primus institutionum.

Incipit liber secundus.

Rubrica De rerum diuisione.

Continuatio istius ru-
brice ad superiora patet
in hunc modum. Dñe
ius quo vtimur aut p̄-
tinet ad res: aut perso-
nas: aut actiōes. vt. s.
de iure naturali gen. et

ciuili. §. vl. et dictū est in p̄mo libro huc vsq̄
q̄ de iure pertinēte ad p̄sonas. vñ p̄m or-
dinem p̄missum intēdit Iusti. in hoc se-
cūdo libro tractare de iure p̄tinēte ad res.
S̄z q̄ oīs res p̄ diuisionē dilucidius ap̄t̄
vt. §. dele. §. sed nō vsq̄ in illo versu. Sed
ne in p̄mis: idcirco iusti. de rebus dictu-
rus ad euidentiōrē iuuenū doctrinā p̄mo
tractat de rerū diuisione. vñ nō imerito an-
nectit h̄icru. de re. diui. Quia igit̄ cōtinua-
tione rubricę iusti. diuides titulū in duas
partes p̄ncipales: in quarū p̄ma parte de
terminat de rerū diuisione. In secūda par-
te de earundē rerū dñij acq̄sitione tractat.
Superiori libro et c. p̄ia pars p̄tendit vsq̄
q̄ ad illū. §. Singulorū autē. ibi incipit se-
cūda pars et p̄tendit vsq̄ in finē tituli. p̄-
ma pars subdiuidit̄ in duas partes in q̄-
rum p̄ma parte ponit bimembriē diuisi-
onem rerū que talis est. q̄ rerū alie sunt
in patrimonio nostro: alie sunt extra patri-
monium: et p̄tendit hęc vsq̄ ad illū. §.
Quedā em̄. ibi incipit secūda pars p̄me par-
tis p̄ncipalis in qua parte ponit secūday
diuisionē rerū. Ad cōprobatiōem p̄me di-
uisionis: et hec diuisio cōtinet q̄nq̄ mem-
bra que dilucide p̄sequitur de quolibet
membro dilucida ponēdo exempla. H̄is
igit̄ p̄libatis penas p̄mo ca. Dicit iustiū.
cōtinuādo p̄cessum suū: postq̄ in superiori
libro de iure personarū exposuimus: mo-
do in hoc secūdo libro de rebus q̄ in patri-
monio n̄ro vel extra n̄m p̄moniuū habē-
tur videamus. et hec in p̄ma parte. Sed
po. in secūda. dñe vos dixistis mihi sup̄
q̄ vultis determinare de reb̄ q̄ sunt ī p̄-
monio n̄ro vel extra: nūq̄d est ista diuisio
sufficiēs. Ad h̄ r̄ndet q̄ sic et q̄ sufficiēs di-
uisio p̄missa sit t̄i rōne h̄q̄: q̄ q̄dā natura